

NvK an Abt Erhard und den Konvent des Prämonstratenser-Chorberrenstifts Wilten. Rückblick auf seine eigenen Reformbemühungen und auf die Gründung des Klosters. Getreu dem Stifterwillen seines Vorgängers, B. Reginberts von Brixen, und kraft seiner päpstlichen Vollmachten habe er Eberhard (Wölmann), Propst von St. Marien in Magdeburg, mit der Visitation des Klosters Wilten beauftragt. Um die heilsame Wirkung dieser Visitation auf Dauer zu bewahren, löst er das Stift aus der (bayerisch-schwäbischen) Zirkarie des Prämonstratenserordens, gliedert es in die sächsische Zirkarie ein und überträgt dem Propst von Magdeburg die alleinige Visitationsbefugnis. Das Stift sei von nun an weder dem Generalkapitel noch den von diesem entsandten Visitatoren oder anderen Äbten des Ordens Gehorsam schuldig.

Or., Perg. (S. an Hanfschnur): WILTEN, StA, Lade 9 A. Auf der Rückseite: 1454, exmpcio ordine Premonstratensi in visitacionibus eiusdem et incorporacio ad prepositum Magdeburgensem nostri Wiltinensis monasterii.

Kopie (18. Jb.): BOZEN, StA, Lade 13 Nr. 8 B (5 Kopien); WILTEN, StA, Lade 9 A 1; (J. Resch): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 536-538; (A. Tschaveller, 1730): INNSBRUCK, Museum Ferdinandeum, Dip. 1005 p. 343f.; (19. Jb.): WILTEN, StA, Chronik Daniel, p. 369f.

Druck: Undatierter Einblattdruck (Rom 1652?), ein Exemplar: BRIXEN, Ordinariatsarchiv, Konvolut Streit mit Wilten/Brixen; dazu Palme, Beziehungen 137. — Tinkhauser/Rapp, Archivberichte II 267 (nach Resch). — Lentze, Nikolaus von Cues und die Reform 519f. Nr. I.

Erw.: Sinnacher, Beiträge III 113f.; Jäger, Streit I 111f.; Backmund, Monasticon Praemonstratense I 53f.; Lentze, Nikolaus von Cues und die Reform 511; Lentze, Studia Wiltinensia 84-86; R. Palme, Die Abtwahl im Stift Wilten von der Gründung bis zur Beendigung des Exemptionsstreites, in: *Analecta Praemonstratensia* 46 (1970) 238-363, hier 258-260 (mit Auszug); Menthen, NvK auf dem Regensburger Reichstag 489; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 108f.; Baum, Sigmund der Münzreiche 131; Palme, Beziehungen 132f.; A. von Schachta, Das Prämonstratenserstift Wilten, in: Obermair u.a., Dom- und Kollegiatstifte 239-251, hier 242.

Nicolaus miseracione divini tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis episcopus Brixinensis venerabili et religioso nobis sincere dilecto fratri Erhardo<sup>1)</sup> abbati in Wiltina ordinis Premonstratensis nostre Brixinensis diocesis ac conventui sub eodem in observancia regulari militanti et successoribus  
 5 eorum in domino Jesu currere et bravium vite apprehendere. Postquam nos peragrata  
 Almania, quam vice sanctissimi domini nostri pape Nicolai quinti, de cuius tunc latere  
 missi fuimus, prout potuimus, visitavimus<sup>2)</sup> et ad hanc nostram diocesim nobis ab  
 eodem summo pontifice singulariter commissam applicuimus manum seriosis appo-  
 nentes conati sumus pristinam sanctorum vitam pravis consuetudinibus obumbratam  
 10 denuo in lucem revocare. Cumque visitacioni monasterii vestri Wiltinensis operam  
 dare satagerimus, comperimus ordinem Premonstratensium per Reinbertum episco-  
 pum Brixinensem<sup>3)</sup> predecessorem nostrum eiectis quibusdam discolis, qui se canoni-  
 cos nominabant, et ecclesiam sancti Laurentii occupabant, predecessores vestros

<sup>1)</sup> Zu ihm s.o. Nr. 2916 Anm. 2.

<sup>2)</sup> NvK hatte bereits in der zweiten Jahreshälfte 1452 für einen Abtwechsel in Wilten gesorgt; s.o. Nr. 2970. Eine gründliche Visitation sollte aber erst jetzt unter Leitung des Magdeburger Propstes Eberhard Wölmann stattfinden; s.u. Z. 31-39.

<sup>3)</sup> Reginbert, B. von Brixen (1125-1139); vgl. J. Gelmi, Kirchengeschichte Tirols, Innsbruck 1986, 33-36; E. Sauser, in: BBKL 7 (1994) 1482f. NvK bezieht sich auf vier gefälschte Urkunden von 1140, in denen Reginbert das Kloster Wilten gegründet und mit verschiedenen Gütern ausgestattet haben soll; vgl. Palme, Abtwahl 242-245; Palme, Beziehungen 129-133 (mit Abb. aller vier Urkunden).

instituisse et de mensa episcopali nonnulla abscidisse et vestris usibus applicasse, quodque eciam Hartmannus<sup>4)</sup>, Bruno<sup>5)</sup> et alii eiusdem Reinberti in sede Brixinensi suc- 15  
cessores non solum ea approbarunt, sed et ecclesias et alia plura temporalia bona vobis  
condonarunt, ne quid vobis deesset, quominus in sacra observancia regule secundum  
primevam institutionem per Norbertum archiepiscopum Magdeburgensem<sup>6)</sup>, ordinis  
Premonstratensis fundatorem, militaretis. Considerantes igitur maximam curam et  
diligenciam devotissimorum illorum nostrorum predecessorum ac quod temporalia 20  
omnia, que usibus vestris applicuerunt, hoc pacto tantum fecisse reperiuntur, quod ex  
ipsis fratres regulam observantes nutriantur, diligenciore curam adhibuimus, ut  
sancta intencio eorum in nobis resuscitata probaretur. Comperto itaque, quod apud  
vos nequaquam illa primorum vita sed longe irreligiosior introducta foret, ad aliqua in  
melius ordinanda processimus, que dum ad aures supranominati domini nostri pape 25  
deduceremus, et sue sanctitati adeo placere cognovimus, quod nobis et quem nobis  
substitueremus non solum vive vocis oraculo, verum eciam per suas apostolicas  
litteras<sup>7)</sup> mandaret, quatenus auctoritate sua inceptam reformationem usque ad per-  
fectam eius complecionem perduceremus, omnem ad hoc oportunam nobis tribuens  
facultatem. Nos mox ab apostolica sede ad nostram Brixinensem ecclesiam regressi<sup>8)</sup> 30  
iniuncto satisfacere incepimus. Et quoniam nobis nota erat dispositio ordinis vestri  
per Alamanniam ad venerabilem virum fratrem Everhardum<sup>9)</sup>, prepositum beate  
Marie vestri ordinis civitatis Magdeburgensis, virum zelosum, probatum et diligentem,  
cui et nos in illis Saxonie partibus ordinis visitacionem legacionis nostre tempore  
commisimus<sup>10)</sup>, oculos attulimus illum in nostrum locum substituentes, qui ad vos, 35  
prout desideravimus, cum certis suis fratribus adveniens semina optima proiecit et in  
sanctam observanciam regule vos exemplo et doctrina induxit atque curam omnem  
assumpsit, ut aliquando ad vestigia primorum fratrum reverteremini, neque hodie  
cessat, quin vigilantissime ad id intendat. Et quia in hac nova quadam plantacione opus  
habetis, ut sollerti cura prospiciamini, habeamusque merito timere, si prefatus preposi- 40  
tus et sui successores regulam observantes manum subtraxerint et alii laxioris vite ad  
vos visitandum subintraverint, de facili vos in consuetam vitam ruituros, hinc possibi-  
lem medelam apponere volentes auctoritate sanctissimi domini nostri pape Nicolai  
quinti et de eius mandato plena potestate fulciti statuimus et ordinavimus, quod vos et  
successores vestri sub dicto preposito beate Marie Magdeburgensis et successores eius, 45  
quamdiu regulam observaverint, tamquam sub unico visitatore auctoritate apostolice  
sedis semper salva subesse teneamini et capitulo, cui ipse prepositus presidet, quemad-

<sup>4)</sup> Hartmann, B. von Brixen (1140-1164); vgl. E. Sauser, in: BBKL 20 (2002) 709-711.

<sup>5)</sup> Bruno von Kirchberg, B. von Brixen (1250-1280), Gründer von Bruneck; vgl. E. Sauser, in: BBKL 16 (1999) 248f.; J. Gelmi, in: Gatz, Bischöfe I (2001) 117f.; A. Sparber, Aus dem Leben und Wirken des Brixner Fürstbischofs Bruno von Kirchberg, in: Brunecker Buch. Festschrift zur 700-Jahr-Feier der Stadterhebung (Schlern-Schriften 152), Innsbruck 2003, 79-96.

<sup>6)</sup> Norbert von Xanten († 1134), Gründer des Prämonstratenserordens; vgl. P.G. Aring, in: BBKL 6 (1993) 1015f.

<sup>7)</sup> S.o. Nr. 3417.

<sup>8)</sup> NvK kehrte Ende Juni 1453 aus Rom in seine Diözese zurück; s.o. Nr. 3499.

<sup>9)</sup> Eberhard Woltmann OPraem, Propst von St. Marien zu Magdeburg; s.o. Nr. 2916 Anm. 2.

<sup>10)</sup> S.o. Nr. 1430.

modum alia monasteria illius circarie vos presencium tenore incorporamus volentes  
vos omni privilegio, quo illa utitur circaria, gaudere auctoritate apostolica absolventes  
50 vos et successores vestros ab omni obediencia capituli Premonstratensis et visitorum  
atque prelatorum eiusdem, volentes quod, si qui religiosi ab eodem capitulo Premon-  
stratensi aut abbatibus ordinis illius quibuscumque ad vos et successores vestros quasi  
superiores et visitatores vestri accesserint, quod illis ut talibus nequaquam obediatis,  
sed tantum preposito beate Marie Magdeburgensis, suo capitulo et ab eodem prepo-  
55 sito aut capitulo suo ad vos missis et mittendis.<sup>11)</sup> Et si fortassis talis ex Premonstrato  
aut abbatibus capituli Premonstratensis vos quantumcumque inantea requisiverunt  
eciam sub penis et censuris, ut hac nostra ordinacione non obstante ipsis quasi supe-  
rioribus vestris obediatis, mandamus vobis sub pena excommunicacionis, ne timore  
illarum comminatarum censurarum et penarum ab hac nostra ordinacione resiliatis,  
60 decernentes omnes censuras, si quas contra vos fulminaverint, irritas et nullas, tam-  
quam ab hiis latas, qui in vos nullam habent potestatem aut superioritatem et a quo-  
rum iurisdictione estis auctoritate apostolica exempti et ad obedienciam prefati prepo-  
siti beate Marie Magdeburgensis et eius capituli translati. In quorum omnium et singu-  
lorum robur et testimonium presentes litteras exinde fieri nostrisque sigilli iussimus  
65 appensione communiri.

Datum in monasterio Wiltinensi die vicesima sexta mensis Aprilis anno a nativitate  
domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, pontificatus sanctissimi in  
Christo patris et domini nostri Nicolai divina providencia pape quinti anno octavo.

Peter Ercklentz

---

<sup>11)</sup> *Wegen der losen Verbindung, welche die sächsische Zirkarie zum Gesamtorden unterhielt, bedeutete die Maßnahme des NvK faktisch eine Exemption aus der Obödienz der zentralen Leitungsorgane des Prämonstratenserordens, d.h. des Abtes von Prémontré und des Generalkapitels. Damit wurde auch das Paternitätsverhältnis zum Mutterkloster Roth aufgehoben; vgl. Lentze, Nikolaus von Cues und die Reform 509f. Dennoch fanden einige Mönche dort Zuflucht vor der Reform des NvK; s. künftig AC II 3 zu 1454 September 23.*